Hodie incipiamus k(arissi)mi de crucis tropheo predicare & ho
noremus. hanc diem. magis autem coronemus. celebrantes hanc
diem; Nec enim ex uerbis nostris honorificatur crux. sed ex fide
li nostra confessione coronas merebimur crucis.
hodie k(arissi)mi crux fixa est & saeculum s(an)c(t)ificatum est.
hodie crux fixa est & daemones dispersi sunt. hodie crux
fixa est & mors subuersa est; hodie crux uicit. & mors de
uicta est; hodie diabolus uictus est. & homo solutus est
& d(eu)s glorificatus est; hodie apud iudeos terra contremu
it & apud nos orbis terrae firmatus est; hodie apud iu
deos quia mentis audacia contra d(eu)m uadunt. petrae scisse
sunt; hodie amalis d(e)o pi&as uniuersum consuit orbem;
Decebat enim quae pi&atis erant coniungi, ea autem quae
infidelitatis disiungi; Sicut & dauid dicebat. Disrupti sunt
& non sunt conpuncti; hodie apud iudaeos ab hora sexta us
que ad horam nonam sol obscuratus est. non enim ferre po
terat creatura iniuriam creatoris. retraxit radios
suos ne uideret impiorum facinora; Non quod dei
tatem iniuria tangeret; sed quia quae audaci super
bia fiebant in contumeliam eius reputabantur.
hodie apud iudeos tenebrae [factae] fuerunt. apud nos autem nox
in diem conuersa est; & enim impietati hoc proprium est.
ut in tenebris fulgeat; Impietas autem & si in lumine fue
rat tenebrescit; fidelibus nox in diem mutatur; Infidelibus
autem & iam ipsa lux tenebrescit; & de fidelibus quidem
scriptura dicit. quia tenebrae non obscurabuntur a te. & nox
sicut dies inluminabitur; Infidelibus autem & dies in nocte.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0117